

Nichilominus eas hucusque distulisti debito^{o)} effectui demandare. Sed quia dictus talis vita postposita clericali nuper exstitit matrimonialiter copulatus, nolentes^{p)} iure nostro et imperii frustrari dictas preces nostras in partem talis per modum innovacionis duximus convertendas requirentes^{q)} . . .

Blatt 2 a recto (Textverlust am äußeren und am unteren Rand).

5. Wie Nr. 3. [Nach 1328 Januar 18].

Alia conversio. — Lud(owicus) et cetera talibus et cetera. Predecessorum nostrorum di[vorum] Romanorum regum et imperatorum, qui post sublimacionem [suam] apud singulas ecclesias super unius persone ydonee r[eceptione] habebant^{r)} petere et cum promptitudine qualibet ex[audiri], vestigiis inherentes meminimus nos^{s)} iam [dudum] pro tali et cetera vobis ratione coronacionis nostre imperatorie por[rexisse] primarias preces nostras. Quas quia usque adhuc c[um effectu] admittere distulistis, idem talis^{t)} iuri sibi acquisi[to vir]tute precum huiusmodi cessit libere atque sponte. [Nos] igitur, ne iura nostra et imperii negligere videamur, q[ui ex officio] administracionis desuper nobis credite alios deb[emus] in sua iusticia confovere, preces nostras in persona[m talem et cetera] pleno iure duximus convertendas devocionem v[estram et cetera] taliter rebellionem vestram hactenus comissam pur[gantes], quod contra vos et ecclesiam vestram nostra serenitas n[on] debeat commoveri. Dat. et cetera.

6. Erste Bitte für einen clericus curie des Kaisers. Ohne Anhaltspunkt zur Datierung. Der Text greift auf Blatt 2 a verso über.

Preces primarie. — Lud(owicus) et cetera tali capitulo et cetera. Etsi^{u)} quorumlibet e[orum], qui morum honestate sunt^{v)} prediti^{v)}, promocioni intendimus, curie tamen nostre clericorum commodum et profectum tant[o] plus ceterorum diligimus, quanto magis nostram excellencia[m] crebris servitiis plus ceteris respiciunt et secunt[ur]. Horum igitur obtentu vestre devocioni pro tali et cetera pre[ces] nostras dirigimus seriosas petentes omni studio qu[o] possumus ex affectu, quatenus ipsum, cuius promocione[m] ob exhibita nobis servicia affective diligimus, in [vestrum] et ecclesie vestre recipiatis canonicum et confr[atrem] [sibi] de prebenda vaccante ad presens vel proxima va[catura] adeo liberaliter

^{o)} debite ^{p)} volentes ^{q)} requi. -- ^{r)} habeant ^{s)} et nos ^{t)} tali ^{u)} si
über der Zeile ^{v)} sr pdci mit Kürzungsstrichen